



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Praefatio Venerabilis Patris Fratris Bartholomei De Spina Pisani, Ordinis Praedicatorvm, In commendationem sequentium operum & Authorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

P R A E F A T I O  
 VENERABILIS PATRIS  
 FRATRIS BARTOLOMAEI  
 DE SPINA PISANI  
 ORDINIS PRAEDICATORVM,  
 In commendationem sequentium operum  
 & Authorum.



**N**UNQUAM destitit summus ille Opifex rerum ac naturae conditor, sua sponte saeculo, manum dare, ac humano generi, bonitatis sapientia ga degeneri duces praordinare, qui iustitiae normam verbo doceant, praemonstrent, sapientiae quoque illustratione subductis tenebris caecitatem fundant. Se assatim manifestatur divina sapientia, potentia, clementer sitia, ac ceterarum, quae numero ponderaeque infinitae sunt perfectissimae gnificientia, dum decentissimo ordine infima per media, & horum, quae minoris naturae sunt, per ea, quae summo propius herent, in suos quaeque diriguntur fines. Et non ut sint plurima, verum ut & cause sint eis, primus ille actus clementer indulset, atque vnicuique sua sunt, iuxta propria cuiusque celsitudinem, perquam suauiter, ac potenter distribuit. Sicque supernorum illorum spirituum dignitas, ac praestantia, nostris his in partibus, licet non omnium multitudine clarescit. Quod enim superiores ac, qui Deo optimo maximo viciniores sunt, summae naturae, sic & gratia ceteris praestantiores, inferiores purgant, illuminant, & ut diuinae voluntatem adimpleant, de altioribus instruunt, & informant, hoc ipsum inquam (quod altissimum est, cogitatuque admirabile) infirma quadam specie representat, inferioris huiusmodi status. Vbi nonnulli singulis temporum vicissitudinibus a Deo constituti sunt principes res, qui ceteros quosque nedum gratia sapientiaque praecellant, sed etiam Dei zelo actus, quaedam virtute ad diuinas una secum participationes attollant. Hinc namque patrum praecipuum humani generis Patriarchae, primo illo tempore quo naturali tantummodo praecunte lumine ferebantur in Deum fulserunt. Loco quorum scripta lege, surrexerunt videntes ac sacri flammae diuina eloquia rudi populo pandere, simulque ad caelestium praecceptorum observationem inuocant. Subinde gratiarum ac donorum largitatis temporibus, a Duce nostro Christo Iesu, omnium ac totius beatitudinis Authore, electi sunt diuini verbi praecones Apostoli quasi semidei, quos principis in caelum conscensum, diuinorum eloquiorum signorumque potentia, vniuersum orbem terrarum fidei subegerunt iugo. Nec desuerunt, qui successu temporis, horum a Deo dati sunt ceteris, doctores (inquam) atque pastores Ecclesiae sanctae, quales Dionysius, Athanasius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Gregorius ac innumera huiusmodi luminaria fulserunt, qui sanctitatis eximia potentissimum exemplar populo facti, micantissimo etiam quoque sapientiae lumine, beatitudinis tramite innumeris scripturarum suarum voluminibus regimini Dei salutis aeternae ministri operosissimi effecti sunt. At demum quo maior virtutum illustratio te charitate maior itidem ignorantiae rubigo mundum inuaserat, eo maiore (ut ita dixerim) virtutum omnium parens accinxit robore, ut virtutum omnium specimen viuacissimum, luculentissimum mundo effunderet, dum veluti Sol Thomas Aquinas emicuit, charitatis seruore, scientiae splendore maximo Ecclesiam Dei fouens, & illustrans. Cur enim non ille doctorum omnium summus censeatur, qui innocentissimam ac mundissimam sic vitam duxit, ut virginale lilius cuiuscunque etiam mortalis criminis immunis semper extiterit, ac in schola virtutum inimitabilis citatus, summum conscenderit perfectionis apicem? Cur non (inquam) ille sanctissimus celebretur, cuius sic mens Deo firmiter adhaerebat, ut a sensibus inter orandum persequi

alta tendentem, sequeretur, immo ab eodem spiritu, perfecto dominio potenti que virtute traheretur,  
et corpus? Cuius preclara sanctitudinis gratia nutu Dei factum est, ut inter omnes Ecclesie docto-  
res, Sancti denominatione, ab his etiam, qui doctrine eius in aliquibus (ex hoc imperiti) aduersantur,  
anononafce vocetur, dum inter disputandum legendumve doctores dicere consueuerunt. Hac est  
Sancti Doctoris sententia, vel sic tenuit Sanctus Doctor. His enim similibus que notis, quisque sta-  
tim D. Thomam cognominari cognoscit. Sapientiam quoque illius qui non admiratur aut extollit, non  
nisi sapientia ieiunus est, vel certe inuidens ac malignus. Sole namque isto suborto, omnes errorum ac  
hæresum umbra, à Sanctæ matris Ecclesie facie protinus effugate sunt. Quicquid dubitatis, quic-  
quid serupali fasore diabolo pullulat in Ecclesia, Thoma iudice constituto, confestim dissoluitur ac va-  
nescit. Omne per Thomam Ecclesiasticum dogma firmatur, roboratæque sanctiones persistunt. Quis  
auro nostro, immo quis post Solis huius ortum optimus Logicus, Philosophus, Theologus euasit, qui  
non D. Thomæ firmissimæ sapientiæ auxilium implorauerit? Quisnam doctus aut facundus conciona-  
tor Anbonem ascendit, qui non à Thoma nutuet, quæ populum erudiant ac inflamment? Quis ca-  
thedram venerandus doctor insedit, cui non Thomas (si tamen vera doceat) sapientiæ certitudinem  
subministrat? Quis denique scolasticum certamen adoritur, qui non se prius Thomæ armis accinxerit?  
Nec immerito quidem. Cuius namque sapientiam Christus per se approbat, beatissima Virgo col-  
laudat, Petrus, & Paulus edocent, & commendant, vniuersitas Parisina miris effert præconijs,  
summus antistes Urbanus sectandam proponit, & ampliandam præcipit, quis non veneretur, ample-  
xetur, extollat? Pij loquor auribus, quibus supernaturalia, vocatæque miracula, veridicis nubi-  
lominis astructa textibus, & ab Ecclesia celebrata, nedum non desipiunt, sed oblectamento sunt,  
roburque afferunt veritati. Oranti, suppliciterque deprecanti Thomæ ante crucifixi imaginem, ut  
de sue doctrine soliditate certior fieri mereretur, voce patenti per os imaginis nonnullis fratribus,  
qui Diuum doctorem orantem obseruare consueuerant audientibus respondit Christus. **BENE-  
SCRIPISIT IDEM DE METHOMA.** Hoc ipsum alias beatissima Virgo per os itidem sue imaginis,  
qua coram Sanctis orabat apertissime protestata est. Beatissimi item, senatus Apostolici principes  
Petrus, & Paulus de passu dubio Prophetæ, eundem plenius personaliter instruxerunt. Et per se-  
ipsum alias Paulus (ut fratri in spiritu raptò videre audireque concessum est) eidem D. Thomæ per-  
cunctant, sicut in Epistolis suis clarum habuerit intellectum respondit. Quantum queat humanus ca-  
pere intuitus. Pluribusque alijs diuinis reuelationibus dum adhuc in humanis ageret, quod nosse cu-  
perat de doctrinæ sue firmitate, quam & in scriptis redegerat, asecutus est. Sed denique post eius fel-  
licem ad superos transitum, ab vniuersitate Parisina, dum lucidissimis hyderibus esset coronata, tam-  
celse laudis est cumulus ob sanctitatem atque sapientiam eximiam glorificatus, ut omne pene genus  
quodamque commendationis excedat, simul ac per patentes literas explodens articulorum quorumlibet  
Sancti Thomæ doctrine, vel in modico aduersantium assertionem. Innocentius quoque Sanctæ Ro-  
mance Ecclesie præsul, Diuum hunc doctorem in eo sermone quam in ipsius præconijs edidit, in sapien-  
tia Salomoni prætulit, ac eius doctrinam præ cunctis post canonicam commendabilem approbavit. Vr-  
banus denique, & is Summus antistes, doctorem hunc angelicum miris effert laudibus, eiusdem sa-  
pientiam ac doctrinam nedum approbans, & confirmans vti de cælo lapsam, verum & vniuersitati  
Tholysanæ præcipiens, ut eandem sectentur, & studeant pro viribus ampliare. Vnde factum est, ut  
tot laudum titulis sublimatus Doctor hic sanctissimus, meritiissime lumen Ecclesie peculiariter appel-  
letur, & is idem etiam præ cunctis doctoribus haud iniuria nominetur doctor Angelicus. Angelus quip-  
pe fuit hic in terra innocentissima vita, ingenij ac intellectus altitudine, ut his ipsis excellentiæ gradi-  
bus usque transcenderet positus in sublimi. Lumen item Ecclesie fulgentissimum exiit, ad cuius  
presentiam pulso nunc ab ea hæresum omnium caco nubilo, feliciter eidem liceat domino deseruire.  
Nec tamen mirum, si splendori huic, tenebræ se opponant, ac eundem impugnare contendant. Hu-  
mana quippe conditio, infelicitati non modicum est obnoxia ex prima corruptione peccati. Quo sane  
factum est, ut semper veritas, & itidem bonitas paucos habuerint possessores. Neque tamen sanctif-  
simi huius doctoris aliquid sue gloriæ deperit in hoc etiam nostræ peregrinationis tēpore ob quorumli-  
bet, et si aduersantium infestationem. Quinimmo veluti per ignem probatum aurum, sapientia illius ab  
insipientibus

insipientibus ex hoc impugnata, prævalens, eminens fulget, eiusdemque doctoris sanctissimam  
viam cumulatam celebritas, dum à multis validissime defensatur, crevit in immensum. Sed et  
rationis huius ratio in oppugnati gloriam cedit. Apud clarissimos quidem viros innotuit hoc ipse  
sapientia illius eminentia sumpsisse originem. Tam celsam quippe doctrinam illius sedem obtinuit,  
nisi ab elevatissimis ingenijs, acutissimisque luminibus valeat penetrari. Quo fit ut hi, qui  
credunt tantummodo, vel interioris prospectus civacitate privantur, dum excelsum hoc solum  
inaccessibile, in ipsum quasi canes in lunam ad vesaniae suae manifestationem, ineptos latrantes  
tant. Quos tamen diuina bonitas iuxta sapientiae suae ordinem providens ad viam veritatis  
re, duces delegit alios, qui Thome spiritu quasi subsistant, & aduersantium oppugnatione  
ac à doctissimorum conspectu merito expellendas esse patenter ostendant.

Quorum Thomas Caietanus, postremus quidem tempore, sapientia verò ac vite splendens  
diebus nulli forte secundus, à Domino quasi viuens Aquinatis imago suscitatus est. Viri  
singularissimi, præconia prosequi, eius compellant merita, inducit monumentum perpetuum  
imitandum trahantur posteris, excusat inuncta correctionis occasio, non accusat, vel minima  
tionis nota, apud illos præcipue, qui castigatissimam eius mentem norint. Sua quippe con-  
dis prolocutores, graues sibi potius ac molestos reputat, quam vel in modico eis ardeat ser-  
tu. Et hoc ipsum commendatione dignissimum est, & ab elegantissimi animi eius imitatorum  
procedit. Namque animam bonam illum à Domino sortitum esse (si naturalia inueniamus  
ex quibus virtutum habitus innotescunt) ingenij eius perspicacitas, cui & ab ipsis pen-  
indelesse vigilantissimo studio secundaui, cunctis seculis patefecit. Sed nec ei quam valde  
gantia, nec desiderio ac audiatari discendi, defuit altissimus, omnia inquam ad sapientiam  
extrinsecus conferentia subministrans. Sacrae nempe predicatorum religionis, non nisi sapientia  
to orbe resonantis instituto, iuuenis admodum, Deo initiatus, dum haud quaquàm segnerem  
actibus indipiscendis que literis se totum impenderet, præceptorem eiusdem professionis, scilicet  
losophorum ac Theologorum sapientissimum, Valentinum Perusia oriundum eidem Domini  
rauit, sub cuius magisterio breui dierum spatio sic harum scientiarum asecutus est apertum  
men conscendit, ut id adolescens adipisceretur honoris quod non nisi veterani milites vis-  
De empe cui Metaphysices publica lectura in florentissimo Patavino gymnasio, sic deman-  
ret cum illo concurreret, Trombeta inquam virò tempestate illa non vulgari, qui plus  
Eturam hanc prosequendo consumserat, quam hic ætatis. Quanta autem tum fuerit  
petationis, sed veluti is à quo nil eminentius expectari queat admirationis apud sapientes  
bi demorantium corona, eorum qui adhuc superstites sunt predicant voces, dum crebras  
scholastica palestra illius victorias, ita ut in proxima patria Venetiarumque Civitatum  
elegantissima, quasi de caelo lapsi numinis eius gloria resonaret. Protestatur id ipsum sapientiam  
de Ente, & Essentia D. Thomae opusculum eo tempore scriptis commendata. In quo etiam  
admirari licet, quod in doctoris Angelici laudes ingeminatur, vniuersitas dico, tum scilicet  
Etaminis, iuuenis admodum, dum & ille esset cum in sententias scripsit, & eiusdem  
Etantis ætate. In stylo siquidem, in ordine ac rara quadam docendi viuacitate, subtilitate  
ac altitudine sensus, etiam viri huius celebratissimi scripta, qua adolescens edidit, alijs  
ri ab eo discussis ætate si conferantur, eadem esse putabuntur. Sed haud quaquàm vana  
que enim amorum defectus prohibuit, quin fauorem sapientiae purissimum suggereret, &  
Etis effunderet abundanter. Denum eo temporum decursu ad vniuersalem predicatorum  
dum, præfati ordinis Summo capite ei demandante prouinciam, ut veritatis defensionem pro  
cunctis offerret, Ferrariam concessit. Die igitur constituta in campum procedens, cum  
fimo illo scientiarum omnium velut armario capacissimo, Ioanne Pico Mirandula congre-  
Quam felici fato dies illa donata est, ut iuuenes duo robustissimi sese pro veritate impet-  
cum ætate tum animi elegantia, interioris que luminis ac sapientie plenitudine, moribus  
dissimiles erant, sed nec professione demum. Pico enim (tametsi morti occurrens) sacrum  
Predicatorum ordinem est professus. Viriliter igitur die illo dum utrinque decertaretur, tantum

ria Thomas (absque tamen concertantis iniuria) consecutus est, ut coram illustrissimo Ferrariae Du-  
ce Hercule ac toto sapientum Senatu, & innumera populi circumstantis ac stupentis frequentia, ab  
sui ordinis Generali moderatore Ioachino Turriano Veneto, viro praestantissimo confedente, mox cor-  
am accius, proprium quo caput tegebat biretum, magisterij insulam, capiti Thomae imposuerit,  
cunctisque applaudentibus, sed & eodem quoque Mirandula comite plurimum collaudante, sacrae il-  
lum Theologiae magistrum creauerit. Inde post crebras in scholastica palestra victorias, quas cum  
a partibus congregationis Lombardia, cum quibus vitam ducebat virtutibus claram, vocatus es-  
set ad generales eorum conuentus, affectus est, Verone inquam, Bergomi, Brixiae, Mantuae, Medio-  
lani, Papiae (quo & loco solenni lectura libri de Caelo ab Ludouico Mediolanen. olim Duce honora-  
tus est) in Italia est eius gloria sic diffusa, ut abiret per ora omnium rarissima laude. Edidit nibilo-  
minus his temporibus, quae monumentum sapientiae suae praesent vniuersis in aeuum, commentaria  
dico in Secundi Peribermenis partem, quam Diuus Thomas intactam reliquit morte praeventus.  
Commentaria quoque in Isagogas Porphyrii, in Praedicamenta, ac Analytica Stagyrice, opus de Ana-  
logia nominum. Quaestiones tum de infinitate primi motoris, tum de subiecto Physica, aliaque non-  
nulla notatu dignissima. Subinde Roma post celeberrimam disputationem in qua isipse coram pluri-  
bus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus miraculo fuit, a Reuerendissimo praefati ordinis Genera-  
li praesule Magistro Vincentio Bandello, viro morum praestantia sapientiaque plenitudine famigera-  
tissimo, de consensu eiusdem ordinis Senatus, tempore illo Romae congregati, vniuersalis Procurator  
nostre totius religionis in Romana curia constitutus est. In qua quidem curia totaque urbe sic cele-  
bris suis virtutibus exposcentibus apud omnes euasit, ut mox primus inter doctissimos facile cense-  
tur. Literarijs quippe concertationibus, publico legendi munere, aditionibus etiam in primam  
Summae Diui Thomae partem, tum in librum de Anima, nonnullis etiam doctissimis Opusculis ipse  
interim eminentissimam sapientiam mundo diffundente, ipsa Romana curia quasi nouae lucis iurare  
radabat. Eidem quoque plurimum decoris, & claritatis attulit sanctitatis fama, non vanitati, sed ve-  
ritati subnixae. Cum enim semper fuerit ab omni nota criminis alienus, tum Romae speciali munere vir-  
tutum omnium se specimen praemonstrauit. Sicque actum est, ut iuuenis adhuc (neque enim qua-  
dragesimum exceperat aetatis annum) Generalis totius ordinis Magister in alia synodo, mortuo  
Bandello, Romae congregata, electus sit. Qua consensu sede, ad reformationem eiusdem ordinis af-  
pirans, ac in breui pro parte voti compos effectus, quem continuitatis speculationibus conspeximus  
semper intentum, in regiminis quoque prudentia officiosissimum se ostendit. Neque enim cura pasto-  
ralis speculationi ipsa, neque speculationi, gregis custodia, et si grauius, fuit impedimento. Quod di-  
uinum equidem munus extitit, quam rarissimum. Interim namque, & commentaria in duas medias  
edidit Summae Sancti Thomae partes (primam dico, ac secundam secundae) quatenus, & in practi-  
cis ac moralibus scientijs, postquam speculatiua discusserat, sapientiae ac bene viuendi lumen ceteris ef-  
set efficacissimum. Opuscula item alia quamplurima ex hoc sapientiae fonte sub his temporibus ema-  
narunt, sed praeter alios duo illa de potestate Papae ac Concilij impetuossima virtute sic effluxerunt, ut  
per haec ipsa dissidium quod in ecclesia, inuidia Diaboli, eo perniciosius, quo spiritualis exortum fue-  
rat, vires amiserit. In quibus etiam libellis id plurimum admirari fas est, quod eum quem Philoso-  
phum ac Theologum excellentissimum omnes venerabantur, nunc legum etiam aduertant peritissi-  
mum, immo tantae celebritatis, ut hi qui in orbem primi vtriusque iuris principes habebantur, eius  
sapientiae cedere sint coacti. Sicque potissima causa fuit dissolutionis, extremaeque annullationis ini-  
qui illius conciliabuli quod descedauit etiamnum patriam nostram infelicissimam, de Sancta Eccle-  
sia in hoc etiam benemeritam, quod non diu sustinuerunt iniquitatem Pisani ciues, sed armis a suis fi-  
lijs repulerunt scismatis authores, quos iuui ad tempus tulerant. Celeberrimum hunc igitur  
vrum, cardineo ceru ex his clarissimis actibus, & virtutibus dignissimum, tum Summi Pontificis  
Iulij iusto desiderio, quinimmo firma determinatione mentis, tum etiam totius populi, cui & Pon-  
tificis propositum innotuerat voce, ex multo fuit tempore conclamatum. Nec abstulit bellorum tu-  
multus, morsque Pontificis insperata, quin tandem donaretur honoris culmine, quod ex multis ar-  
nis sua

nis sua merita deposcebant. Cui, & ipse gloriam pileo cumulavit, dum nouo sidere sacrum  
collegium. In cuius etiam solij consensu, id potissimum sua gloria praestat incrementum,  
favore secularium principum ex cognatione, & vel quacunque necessitudine conquisto, non  
infelici obsequio Praelatorum (ut toti curia notum erat) non denique auri vendicatione  
hunc ascendit, sed Domini Sabaoth electione sola, qui fulgentissimam noluit diu latere  
modio latitare, sed supereminentiissime sedis candelabrum ut totum mundum illuminet, et  
uit. Quis enim (ut de sinoniaco consensu paululum immoratus loquar) quis inquam  
vo tantae frugalitatis, notam hanc inurere? qui ex nulla literarum gratiarumve concessione  
quo totius nostri ordinis habenas moderatus est, vel minimum obolum requisivit, vel etiam  
praerant, sed neque passus itidem unquam est suorum familiarium quemquam cuiusvis  
causae, muneris quicquam suscipere? Quinimmo caritatem, ceram, capsulas etiam suis pariter  
teris appendendas, suis & scriptoribus constituta stipendia, ex antiquitate ab ordine  
bus Magistris contributione statutae, qua contentus erat, in humilitate (ut decet virum  
sum) integerrimam vitam ducens prudenter providebat. Quo, & contigit eum ipsam  
Cardinalis creatus est, apud se habere, non nisi triginta quinque aureos sua praefata praesentia  
qualibet Prouincia ordinis, annis singulis quotam pecuniarum, quae in summa ad aureos trecentos  
ascendit, ad eiusdem Reuerendissimi Generalis suorumque in officio sociorum sustentationem  
re tenetur. Hoc ipsum eam ob causam serio libuit, recensere, ut malignorum veritate hoc  
tur ora, qui nec credere se posse dicunt, in plurimorum, & hunc viam non esse dilapsam.  
his etiam omnibus innotescat, quanta sit laude dignus, qui post aurum non abiit, nec  
pecuniae thesauris, qui similem sapiens se inuenire posse quasi diffidit, summaque praedicta  
dum laude. Nullo igitur sinistro impulsu motus Leo summus antistes, virum hunc dignum  
fratrem assumpsit, sed Sanctae matris Ecclesiae sibi diuinitus delegatae consulens gloria,  
& saluti. Cui mox ob eximias ac insignes animi sui dotes, maximam, & quae totius Christi-  
puli salutem concernat, prouinciam delegauit, dum eundem de suo latere ad serenissimum  
Reipublica Imperatorem ob componendam inter Christianorum Reges ac principes pacem,  
animandos in fidei Sanctae cruentissimos hostes, summus antistes desinavit legatum. Pro-  
dem Sanctae matris Ecclesiae diu superstitis esse faciat Author vita, ac perhennis fidei  
Etiam, ut magis Iudeis appareat gloriosus, dum a se inspiratam doctrinam per Diu-  
mundo effusam, alter hic Thomam fulgidiorum reddit explanationibus suis. Quod quidem  
alijs pluribus tum maxime in hoc Secundae Secundae celeberrimo Libro, omnibus explorari  
se potest. Ausim pace omnium, ausim profecto id in hunc Librum laudis asserre, quidem  
ullo uiuente laudari queat. Neque enim post Sacras literas liberalius huic praestat  
gratia, immo qui ceteros in alijs suis operibus superauerat seipsum, in hoc vicit Angelum.  
Patefacta namque caeli via est, via inquam virtutum, quas indulgentissimus omnium patrum  
quos ad se pertrahit, gratis infundit, gratius, & conseruat. Lata quoque morisra illius,  
ritumque ducentis semita, grauis asperitas, patentes abyssi, horrenda praecipitia, eruditi  
implacabilium occurfus, sic omnium obtusibus clarissime sub vno conspicienda praecomen-  
dantur intuitu, ut hi tantummodo illuc iter dirigant, qui ab hoc lumine se subducunt. Omnia  
inviolabilis regula bene beateque viuendi iuxta cuiusque conditionem; & Statum, sic per  
bri sapientiam est praefixa, ut non nisi qui splendore isto non perfunduntur ostendant, &  
nunc interprete, tantique thesauri de caelo demissi veluti dispensatore, per sua haec praecula  
mentaria Thoma altero constituto, qui Libri huius latissimum intellectum aperiens, quae  
per non minus necessarias, & utiles, quam peregrinas, subtilissime formans atque dis-  
res item subortos praepotent er elidens, luculentissimam veritatem sic pandit omnibus gratia  
to quisque in vtriusque principis laudem prorumpens decantare possit. Quasi stella matutina  
nebula, & quasi Luna plena in diebus suis lucent, & quasi Sol resurgens, sic hi effulgent  
plo Dei.